

quod servetur ordo in rebus, non est supervacaneum A  
 etiam voluntate Dei alia causa querere: esse sa-  
 men supervacaneum si alia causa quærentur ut  
 prima & non dependens à divinâ voluntate. Si  
 vero Deus ideo operatur quia voluntas operatur  
 & non contra: ergo voluntas est prima cau-  
 sa, quia est prior Deo, est enim causa cur  
 Deus operetur, & consequenter Deus depen-  
 det à sua creatura. Nec satis est dicere quod  
 Deus pendeat ab æterna sua institutione & vol-  
 untate, non autem à voluntate creata, eo  
 quod liberè ita contiderit libertatem ut cum ea  
 taliter operetur. Hoc est enim quod quæritur:  
 an Deus ita voluntatem instituerit ut ipse opera-  
 retur, quia ipsa vult operari, quod nos negamus B  
 conformiter D. Thom. & veritati, & pietati. Quis  
 enim pius dum boni aliquid egit, audeat dicere,  
 quia ego volui confiteri, communicare, dare  
 elemosynam, visitare infirmos: ideo Deus voluit  
 etiam in ista facerem, non autem quia voluit, ideo  
 feci? An non dicit potius, misericordia ejus  
 prævenit me? Ut ista facerem ipse voluit, & quia  
 voluit ego feci? Prius, inquit Deus apud Aug.  
 tract. 72. in Joan. Ego facio, deinde & ipse faciet, quia  
 facio ut faciat. Præterea si Deus ideo operatur quia  
 voluntas operatur ergo non bene dicit Apost.  
 Rom. 9. Non est volentis neque currentis, sed misere-  
 rentis Dei, sed dicere debuit: Non est Dei misere-  
 rentis & adjuventis, sed hominis volentis & currentis;  
 cum enim homo volat, tunc Deus miseretur &  
 volenti cooperabitur & tamen ita dixit Apost. Nō  
 est volentis neque currentis, ut teste Aug. Ench.  
 c. 32. nō possit vicissim dici, non est misere-  
 rentis Dei, sed hominis volentis & currentis. Præterea si ideo  
 operatur Deus quia voluntas operatur, & non con-  
 tra: quomodo non priores sibi partes vendicat ho-  
 mo in bono opere, contradicitque Aug. l. 13. de  
 civit. Dei c. 1. dicenti quod ad malum hominis prior  
 est voluntas ejus: ad bonum vero ejus prior est volun-  
 tas creatoris ejus, sive ut eam faceret quæ nulla erat,  
 sive ut reficiat quæ lapsa perierat. Quomodo in eo  
 quod est amborum non priorem se facit, posterior  
 Deum quod in Pelagio reprehendit Aug. l. D  
 de prædest. SS. c. 2. Certè opinio ista manifestè  
 contraria est propugnatori gratiæ Augustino, qui  
 voluntatem nostram gratiæ Christi semper ita  
 postponit ut gratia prior, voluntas posterior ope-  
 retur. Promisit enim ait lib. de prædestin. San-  
 ctorum cap. 10. quod ipse facturus fuerat non  
 quod homines: quia etsi faciunt homines bona quæ  
 pertinent ad colendum Deum ipse facit ut illi faciant  
 quæ precipit, non illi faciunt ut ipse faciat quæ promi-  
 sit. Quid aliud hinc clamant quam Deum esse causam  
 cur homines faciant ideoque (ut sup. dixit) prius  
 facere? Avertat ergo Deus hæc amensiam (ver-  
 bis utor Aug. lib. 2. contra duas epistolas Pelag.  
 cap. 9.) ut in donis ejus nos priores faciamus, poste-  
 riorem ipsum, quoniam misericordia ejus præveniet  
 me, & ut dicit can. ult. Arauf. con. in omni opere  
 bono nos non incipimus, quod etiam sup. ostendi-  
 mus. Igitur non quia homo operatur, ideo Deus  
 operatur, sed contra: alioquin enim fidelis rectè  
 diceretur ob hoc devotus fuisse quia voluit: quod  
 S. Prosper condemnat in epistolâ ad S. Aug. scriptâ:  
 & nos inciperemus, effemusque causa cur Deus  
 operaretur nobiscum, quod est manifestè con-  
 tra Aug. & ipsissimè clamantem quod Deus facit ut  
 faciamus. Deinde si Deus ideo operatur quia ho-  
 mo operatur, ergo cum in his qui tempus accepe-

runt liberæ voluntatis duo sint quæ humanam  
 operentur salutem Dei scilicet gratia & hominis  
 obedientia, prior erit obedientia quam gratia ut  
 initium salutis ex eo qui salvatur, non ex eo cre-  
 dendum sit stare qui salvat; & voluntas hominis  
 divinæ gratiæ sibi pariet opem, non gratia sibi hu-  
 manam subjiciet voluntatem. Quod pervertisimū  
 esse revelante Dei misericordiâ & Sancto Augusti-  
 no instruyente novisse se fateatur S. Prosper in dictâ  
 epistolâ. Dicendum est ergo quod in omni opere  
 bono Deus incipit estque causa vera & propriè  
 dicta cur nos faciamus: Et quia ille operatur, ideo  
 nos operamur, sed non contra. Imo in omni effe-  
 ctu reali putamus verum esse quod Deus sit causa  
 cur causa secunda producat effectum, adeo ut si  
 quæretur quare tu disputas, quare ille currit: *Deus est  
 causa cur  
 creatu-  
 retur.*  
 quamvis appositè respondeas quia ego volo, & ille  
 vult loquendo de causâ proximâ; rectè tamen etiam  
 dixeris, quia Deus vult, loquendo de causâ primâ  
 & originali. Ipse enim est prima & originalis  
 causa omnium. Unde B. Thom. l. 3. contra Gent.  
 cap. 97. Cum, inquit, quæritur propter quod de aliquo  
 effectu naturali possumus reddere rationem ex ali-  
 qua proxima causa: dum tamen sicut in primam  
 causam reducimus omnia in voluntatem divinam:  
 sicut si quæretur quare lignum est calefactum ad  
 presentiam ignis? Dicitur quod calefactio est natu-  
 ralis actio ignis: hoc autem, quia calor est pro-  
 prium accidens ejus: hoc autem consequitur pro-  
 priam formam ejus: & sic inde, quoniamque perven-  
 iatur ad divinam voluntatem. Unde si quis respon-  
 det quærenti quare lignum calefactum est, quia Deus  
 voluit: convenienter quidem respondet, si intendis  
 reducere questionem in primam causam, inconve-  
 nienter vero si intendis omnes alias excludere causas.  
 Sed difficultas est an hinc similiter sequatur vo-  
 luntatem hominis ideo mala operari quia Deus  
 vult. Verum extra controversiam est hoc dici non  
 posse. Omnis enim rei Deus est causa cur fiat eam-  
 que facit, sed peccati nec est causa cur fiat, nec  
 facit. Nec mirum, cum peccatum non sit res ali-  
 qua, sed rei conjuncta deformitas. Absit ergo ut  
 de peccato dicamus Deum velle ut fiat, aut esse  
 causam cur fiat. Peccatum enim non est de ge-  
 nere rerum vel actuum, de quibus (cum Deum  
 habeant causam) dicendum est Deum esse causam  
 primam & originalem cur fiant. An vero Deus  
 sit etiam causa actus peccati (substrati, postea vide-  
 bitur ubi docebitur quod sic.

ARTICULUS V.

Q Uarta ratio. Si Deus non influit in causam  
 sed solum in effectum: ergo sunt duo prima  
 principia. Conseq. probatur quia ad hunc actum  
 individuum, volo audire sacrum, causa secunda  
 æquè primò concurrat ac Deus. Nec satis est di-  
 cere quod solus Deus sit causa prima dignitate & cursu in  
 causalitate eâ quâ cæteris causis dedit virtutem solum  
 illis inhærentem: quamvis enim indè rectè sequatur  
 Deum esse causam primam quæ causas secundas  
 creavit, & virtutes indidit, ex alio tamen ca-  
 pite sequitur quod hujus individui actus qui jam prima  
 fit cum ante non fieret æquè prima principia princi-  
 pia sunt Deus & creatura: Nam virtutem illam in-  
 inhærentem habebat creatura etiam tunc quando  
 quiescebat, sed præter eam Deus nihil jam ei tri-  
 buit quod ante non tribuebat, ergo quod hunc  
 actum, hoc tempore, hoc loco faciat est æquè  
 causa prima ac Deus, quia simul naturâ &  
 tempore concurrat ad illum. Confirmatur, quia  
 Ex con-  
 esse duo  
 esse duo  
 pri-  
 si